

cro advolvitur, et 1462 præ igne fervidæ charitatis liquefactus in lacrymas, ex medullis cordis invocat verum lumen, ut sibi dignetur manifestius revelare si vere et absque aliquo suspicionis ambiguo divina potentia tantum beato viro miraculorum gratiam contulisset, presentibus sæculis insuetam. Dixit etiam multa conversus ad sanctum, sicut ei parturiens preces anima suggerit, nec co-savit matrem Virginem invocare, nec spiritus angelicos prætermisit. Inter ea dum precibus addit præces, divina prolinus manifestatur responsio, non formata elementariis verborum sonis, sed evidentibus verum constans iudiciis. Contractam diu corpore toto puellam, quæ ad sepulcrum sancti, sicut postulaverat, portabatur, nutu Dei confluentem undique communibus votis populus sequebatur. Pulsantibus apertæ sunt fores, ei ingressa prosequens multitudo. Vox bene deposita tetigerat pavementum, resolutis nervorum nodis, dirupta cute poplitum, surgit in pedes, et per totam basilicam gressum movens, rudimenta gaudet novi muneris exercere. Tollit populus voces in cælum, et læto tumultu personant universa. Stat in parte stupefactus episcopus, et de pristina pietatis scrupulo, non tantum consono multorum testi-

monio, sed oculari etiam fide confunditur. Agnoscit etiam tacitus gratiam quam petebat, et tam cito se exauditum miratur. Ne tamen aliqua parva suspicionis relinqueretur occasio, duplicato protinus miraculo confirmatur, ut quasi legitimus testimonij numerus non deesset. Nam vix bene de priori gaudio tumultus resederat, cum ecce non parva comitatus caterva cæcus ab ortu puer adducitur, et omnium qui aderant in se mentes et ora convertit. Nec mora, statuitur ad sepulcrum, oratur pro illo a populo, et expulsa statim caligine, mirantes oculos penetrat lux ignota. Exoritur rareum lætitiæ, rursum voces. Miratur episcopus repetito, cujus mentis pristina cæcitate similis materia virtus alludit. Opponitur cæcitas dubitanti, et illuminatio credulitati respondet. Nullos jam locus relictus erat ambiguo, et ultra in tanta evidentia nullus Thomas poterat dubitare. Erumpit ergo corroboratæ fidei pro-
B vectus in vocem, et in aures omnium sonat verax confessio. « Plus, inquit, hic video quam audivi, et est longe inferior opinio veritate » Reversus est præsul ad propria, reportans pretiosæ confessionis divitias, et dans gloriam Deo cæli, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

AD VITAM SANCTI MAGNOBODI EPISCOPI ANDEGAVENSIS

BREVE MONITUM.

1462-1464 Hanc sancti Magnobodi Vitam ab anonymo conscriptam, alteri a Marbodo composita præmittendum duximus. tum ne hoc antiquitatis monumentum studioso deperiret lectori, tum quia de hac idem fecit Marbodus quod de Vita proluxiori sancti Licinii fecerat, dum ad ejus instar et ipsam proluxiorem contraxit, ut ad meliorem formam redegit. Hanc autem hic potius inserendam censuimus quam Vitam sancti Licinii priorem, quia hæc ab anonymo conscripta, et e duobus manuscriptis veteribus eruta apud Bollandum præcessit immediate Vitam a Marbodo concinnatam, ad quam proinde lector potest, si libuerit, recurrere: hæc autem nullibi quod sciam reperitur. Prodit autem e schedis Mabillonianis.

VITA SANCTI MAGNOBODI CONFESSORIS

AUCTORE ANONYMO.

§ I. Gloriosus igitur atque eximius Christi pontifex Magnobodus ex pago Andegavensi divinis antecedentibus iudiciis nobiliter editus magnis miraculorum fulsit privilegiis, qui antequam valetudine corporis et loquendi peritia fungeretur, admiranda in eo collata sunt cælitus virtutum charismata, ut testantur ejus ubique recolenda præconia. Parentes ejus secundum humanæ propaginis genealogiam admodum spectabiles inter concives non mediocre obtinebant dignitatis locum, sub jure Lotharii filii Chilperici consistentes, qui cum consanguineis suis Theoderico scilicet et Theodeberto adhuc intra adolescentiæ annos constitutus exortis undique grandinum simultatibus [aut f. simultatum grandinibus] litem exercebat. Puerperio ergo suo. Christo auspice, prædicti genitores admodum gratulabundi de natalis ejus variis, sed non medicis lætati sunt portentis. Nam, sicut solerti indagine compertum habemus, exordium natalis ejus in ipsa Epiphaniarum die recens existit,

C qua auctor vitæ fecunda et intemerata genitrix Virgine a gentibus stella præduce voluit adorari, ac honorari munerum cultibus, nec non Jordanicis ablui lavacris, ac lymphæ liquorem convertere in vini saporem, et in ipso concentu galliciani quo dieculæ prænuntiari non ambigitur igniculus, matera mundo sanctam edidit alvus, ut patenter demonstraretur lucis eum futurum amatorem et præconem, qui talibus iudiciis suam decorabat nascente natalem.

§ II. De procella fluctus divinitus sedata.

Itaque cum pro diluendis originalibus peccaminum contagiis prædicti parentes ad regenerationis lavacrum deferre studerent pervium, quod eundi ad basilicam copiam ministrabat, arctatus Ligeris fluminis dirimebat, qui dum navali adminiculo metu jam dicti anni transire vellent, repente exorta tempestas totam peno salutis suæ ademit virtutem. Insurgunt procellarum nimbi, ac immensus vortex pelagi cymbam elidere minatur. Alliduntur remi,

remigerque fluctuum impulsionem desperationis evadendi periculi noxa delerentur. Inlicitur cunctis horror timoris, ac sola præ oculis formidatur imago mortis; quid agerent nocte, quo conatu subsidia quærent immensitas undarum ac syrtes gurgitum denegabant, cum subito, ut credimus, divino nutu sopitis omnium venturum flabris inopinata et oplata supervenit quies; et qui instanti discrimine ad pernicem delabi formidebant, mira et indubitabili celeritate omni metu absoluti, animisque gaudio oppletis littora fluminis fulcantes ad portum salutis pervenere. Peractis ergo omnibus, pro quibus advenerant, atque ex more completis, ad lares **1465** proprios alacres repedarunt.

§ III. *De coma capitis ejus attonsa, et de moribus puerilibus.*

Procedente vero ætate cernentes prælibati parentes generosam filii sui indolem, sacris eum destinaverunt imbuere litterarum studiis. Traditus ergo scholæ documentis omni intentione, ut ætas illa patiebatur, se in divinis mancipabat exercitiis. Quidquid ante perceperat intra cordis arcana capaci industria retinere satagebat. Cumque infantis pueritiæque transcenderet curricula, pubescente jam annorum incremento, a sancto Licinio Andegavensium episcopo verticis ablata cæsarie, Ecclesiæ sanctæ instituitur officio, ac graduum honore sublimatus, ordinis sacri commendatur oraculis. Erat namque illi inter cœvos mira diligentia, summa obedientia, non ficta charitas, cœva benignitas, pernox in orationibus, ultroneus in vigiliis, parcimonis commercis illustratus, sanctimonie privilegis decoratus, doctrinæ cumulis eruditus, sapientiæ lampadibus illuminatus, mellisua sermonis sagacitate delibatus, jugum Christi, quod portantibus amarum cernitur, jugiter ferens, et opus ejus quod subcollantibus leve judicatur, indesinenter gerens.

§ IV. *De honore prælationis ejus.*

Cernens igitur jam supradictus sanctus præsul Licinius ejus industriam, et admirabilem mentis ejus intentionem, decrevit eum aliquantulum in superiori consistere gradu, et penes se retinere ut adjutor sui in omnibus foret, et exemplis ejus ceteri æmulatores fierent. Siquidem patrem eum præfecit sanctæ congregationi, quæ in cœnobio Coloniensi Christo famulabatur, ut lucerna in fastigio candelabri sita, claritate luminis magis cæteros illuminaret, et dogmate divinæ admonitionis paradigma obsequentibus exhiberet.

§ V. *De legatione qua Romam functus est, et quid ibi egit.*

Cum autem ipse prædictus pontifex Licinius in suburbio jam prælibatæ civitatis Andegavensium basilicam in honorem sancti Joannis Baptistæ miro opere constructam dedicare vellet, recolens sanctitatis **1466** virum Magnobodum ecclesiastici ordinis ministerio promotum accersiens, ad urbem Rotam, ubi pignora apostolorum debita veneratione reholuntur, direxit ut reliquias a summo pontifice consequi mereretur, quibus basilicam moderno cultu insertam consecrare posset. At ille jussis ejus obtemperans, maturavit iter; qui beatum papam Urbis adiens, causam intimavit profectionis, atque ab eo gratanter exceptus, aliquandiu cum ipso conversatus est. Cujus jussu, juxta morem, divina officia ac missarum solemnia celebrans, contigit ut ad matutinas Laudes cum pontifice veniens psalmodiarum ac hymnorum melodiis interesse; at ubi ventum est ut lectiones secundum Ecclesiæ Romanæ ritum in pulpito recitari deberent, cum benedictione ejus assurgens, lectioni operam dedit, in qua diutius datentus, absque interpolatione cepto operi insidens, quidam de circumstantibus livoris facibus accensi, quod dicere nefas est, lucernam quæ visui viri Dei famulabatur exstinguere

A aggressi sunt. At ille illatam sibi ad æmulis controversiam cernens, constantior factus, nihilominus opus quod subsidio liebni aliquantulum peregerat, carens ejus solamine, corde tenus omnia peragens, perlegit libri paginam, ut comprobaret Omnipotentis gratia non solum lumine carnali, quod exterius patet, illum vigere, sed etiam spiritali, quod interioris spiramine divino candet, plenissime fervere. Igitur perceptis, proquibus verat, a beatissimo papa pretiosis sancti Joannis reliquiis, prospero curauit ad venerabilem Licinium Andegavis repedavit pontificem, ferens pignus affabile; quod ille alacriter acceptum, ut mente conceperat, intra oratorium mo lerno opere ædificatum recondens, exspectabili sanctione dedicavit: in quo contuberniale collegium monachorum cocervans, juxta normam sanctæ professionis vivere instituit ac plurima prædia ad opus [supp. cultui] divino ibi militantium delegavit, atque xenodochia ac brephtrophia, diversaque mansionum habitacula ædificare procuravit.

§ VI. *De transitu Andegavensium episcopi, et de ordinatione ejus.*

His ita perpetratis atque evolutis multorum annorum curricula, cum omnipotens Deus præulem Andegavensem ab hac ærumnosa ac caduca vita vellet absolvere, et beatum Magnobodum in Ecclesia sua pastorem constituere, infirmitate **1467** cogente, viribus cœpit destitui propriis; qui fratrum ad se convocans examina, viaticum petit et precepta sacri corporis Christi eucharistia, a discipulis summa diligentia terre conditus est, resurrecturus cum gloria. Illo ita assumpto, plebs Andegavensium tam clericalis quam laicalis in unum cocervata, parili animo una cum consensu inclyti Francorum regis Dagoberti, filii Lotharii, Magnobodum sibi fieri pastorem acclamare cœpit, omnibus una sapientibus. Solum duo presbyteri honore præcellentes inventi sunt, qui nimia obstinatione hanc electionis seriem et statuta populi evertere moliebantur, quorum unus vocabatur Leudobaudus, alter vero nuncupabatur Ambrulfus, sancti viri adversantes meritis; sed prævaluit desinitio generalis adversus flexuosa eorum præstigia. Insuper, divino exardescente examine, tanta cæde notati sunt ut utrique oculos dextros evidenti experimento amitterent, et nusquam spem recuperandæ pristinæ sanitatis adipisci mererentur. Ita factum est ut et versutus illorum artus multaretur, et viri Dei electo nutu Dei signis præcedentibus sanctificaretur.

§ VII. *Qualem se exhibuit adeptus apicem regiminis.*

At vero beatus Magnobodus, ut assensus populi ferebat, infulam sacerdotalem adeptus, voto omnium favente, in cathedra episcopali sublimatur: qui, ut onus suscepit ovile, continuo ut bonus pastor, pro ovibus sibi creditis evigilare cœpit. Admonebat protervos ut corrigerentur; persuadebat bonis ut in melius augmentando de die in diem proficerent. Quod verbis edocebat, operibus demonstrabat. Nihil in terris quæ sua erant querens, sed quæ aliorum utilitati prolescent consulens, ægotantibus opam ferebat, periclitantibus subsidia ministrabat; pauperum visitator, egentium consolator, monachorum, clericorum ac sanctimonialium curam gerebat, viduarum ac pupillarum sollicitudinem sedulus exhibebat, pro inimicorum verus orationi instabat, eosque charitatis sedare mitigare satagebat; eloquio conspicuus, mente serenus, pietatis ac misericordiæ armis circumdatus, justitiæ ac rectitudinis clypeo munitus; in adversis fortis, in prosperis humilis; nec terrore terreri potuit, nec munera frangi, nec blandimentis seduci; in consilio prudens, in actione vigenis, in omni probitate morum intelligens; deditus jejuniis, elemosynis dapsilis, evangelicis præceptis acclinis, psal-

morum canticorumque pervigil, 1468 concentur ac totius divinarum Scripturarum serici non inemor: mactabat seipsum quotidie holocaustum Domino, ac esse in ara cordis contriti sacrificium offerebat, ut hostia immaculata fieret, et templum Dei viva intraret. His et his similibus virtutum gemmis adornatus, taliter præerat Andegavensibus civibus antistes constitutus Magnobodus: cuius actionis admirandæ ei quis æquior esse desiderat, sequens sermo absque mendacii ludo explicabit.

§ VIII. *De vinctis quos apud Parisios divinitus absolvit.*

Igitur tali evidenti approbatione et omnium assertione, beato Magnobodo aspice præsulatus decorato, præfatus rex Dagobertus, monarchiam regni Francorum obtinens, comperta bonitatis ejus fama, ad se Parisios, ubi tunc temporis morabatur, accersiri præcepit. Cujus jussionibus obtemperans, non segnis ire perrexit. Dum ergo intra civitatem ingrediens valvas transiret, rei qui in ergastulis irretiti facinoribus delinabantur, comperto ejus adventu, vocibus importunis clamantes, beati viri sociata petebant. At ubi audivit miserorum lugubres ululatus eorumque lamentabile exitium, misericordia motus, vestigia præsit quæ in procinctu erant, eundem ad basilicam orationis gratia. Judicem ergo adiens cæcua mente, rogitare cœpit ut damnatis veniam præstaret, et liberam pergeni facultatem indulgeret. At ille, ut erat truculentus, responso in probos sancti viri adversans voluntati, sine effectu abire fecit: qui a funesto contemptu, ecclesiam qua tendebat ingrediens, Christi clementiam exorabat ut noxiis cupis in eum diannueret ac a toris nexu emerueret. Illo sic in prece perseverante, repente compedes attriti manicisque contusis aditus carceris, nullo obice impediente, vinctis patuere. Prosiliunt namque, et sancti pontificis referre ad voluti vestigiis, gratiarum actiones cœperunt. Pro quorum salute ille principis clementiam exorans, optatam absolutionem impetravit, ac ne ulterius in tanto facinore deprehenderentur comminando interdixit.

§ IX. *De cæco intra basilicam illuminato.*

Sub eodem tempore quidam lumine oculorum amisso magnifici viri virtutibus auditis ad Andegavensem prædestinavit 1469 duce præeunte pergere civitatem, confidens spe integra ejus solamine pristinam oculorum suorum recuperare salutem. Qui intra urbem ingrediens ut pontificis medelam quæreret, dictum est quia infra septa basilicæ divinis officiis intentus missarum solemnia celebraret; ac ille hoc comperto præduce quo venerat ecclesiam adiens beatum pontificem invenit, ut dictum fuerat, in sacris mysteriis, quem voce importuna clamitans deprecabatur, ut perditum restitueret lumen. Cujus querimonis beatus antistes misertus, oratione pro ejus incolunitate profusa, peracto missarum officio, perceptionem sacri corporis in os ejus cum benedictione intromisit; qui continuo omni cæcitate depulsa, acies oculorum, qui per multa annorum curricula fuerat latebris deputatus, cui restituitur, atque gratias agens Christi virtuti, cum alacritate mentis et corporis ad propria regressus est.

§ X. *De presbytero a fluxu ventris sanato.*

Nec illud silendum autumo quod cuidam presbytero bonis operibus dedito evenisse contigit. Dum enim profluvio ventris laboraret, et intestina ejus morbo viscerum usque ad perniciem vitæ dilabi et cruciari videretur, visu [s. visu] quo poterat præcepit famulis suis ut quantocius ad virum Dei accederent, et analogias quas dirigere decernebat ipsi deferrent. Et illi jussionibus domini sui obsequentes, summa cum festinatione detulere quæ dominus eorum præceperat: qui benigne ab eo suscepti, gratanter accepit quæ ægrotus direxerat, et protinus

rem agnoscens, panem benedixit, remeantibusque bajulis tribuit, jussique ut abaque dilatione æger ex eo perciperet. At illi concito gradu revertentes exenia pontificis domino suo morbo obsesso attulere. Quibus acceptis, et in esu sumptis, continuo omnis dolor intestinorum, refocillatis viscerum fibris, abecedens, pristina restituitur prosperitati, agens gratias pontifici, qui ita eum a pernicioso clude eripuerat.

§ XI. *De prodigio super garrulitatem puerorum ostense.*

Igitur eummæ sanctitatis vir diocesium sibi commissam illustrando atque admonendo circumiens pervenit ad quoddam prædium, quod Quartiniacus vulgus nuncupatur. Quem pueri garroli in platea 1470 conglobati pariter procedentes ei obviam cachinnis ac vocibus debacchantes lacessere non formidabant, ac convicia ludendo nefanda jactabant; quos ille intuens repente unus ex ludentibus pueris mixtus pulveri omni cum pertinacitate raptus per vasta aeris more globi hac illacque ferebatur. Tunc de sodalibus cum parentibus tristitia metuque profligati per devia quæque sequentes, ad rupium valliumque anfractus sectantes, nullo proficiebant effectu, excepto labore fatigationis, quid agerent consilium demebat casus inauditus et repentinus. Tandem desperatione adacti per invia et dumos tramites fatiscantes, reperiunt puerum inter condensa veprium semiviventem, et vix exilem anhelum trahentem: quem parentes cum magno gemitu pallio involutum, et pene cunctis artibus decerptum in præsentia sancti viri ostulerunt, ac poplitibus flexis evorare cœpere ut doloribus filii sui compati dignaretur, quibus præcepit ut intra septa ecclesie puerum ponerent, et Domini clementiam pro eo supplicarent. Verum denuo abscedente turba, cum ad ecclesiam prædicti parentes mærentes remearent, valentem puerum invenerunt, quem defunctum sperabant. Tunc vir Domini, apprehensa manu pueri, ex aditu porticus levavit, et sanum et vitæ præpotem reddidit parentibus, retribuens bona pro illusionis sibi illata. At illi gratulabundi genibus ejus ad voluti vota referentes ad lares proprios remeaverunt.

§ XII. *De quodam Theudegisilo curato.*

At vero quidam vir Theudegisilus nomine nimis ægritudinis incommodo laborabat, quem nulla medicorum ars, nec fomenta salubria ad sanitatis perfectum reducere valebant. Cum autem ita morbo attritus spem omnem recuperandæ pristinae valetudinis abolitam haberet, memor præfati antistitis beneficii, ad ejus se deferri voce flebili proposuit obtutus. Quem ille intuens diræ ægritudinis tumore debilitatum, ad Christi suffragia conversus, orationum munia pro eo omni cum instantia fundere studuit; sicque, divina lavante clementia, ab omni molestia corporis erutus atque sanitatem adeptus, qui grabato usu alieno bajulatus fuerat, incessu proprio ac libero arbitrio ad sua repedavit.

§ XIII. *De navicula ad eum sine remige perlata.*

Opere pretium est referre et illud quod 1471 multi asserunt miraculum. Rediens namque venerabilis pontifex cum agmine discipulorum ex vico, cui Olbonense vocabulum est, ut tenderet ad summa urbis, ad oram fluminis cum accessissent, contigit eventu divino, ut credendum est, non adesse navale solatium quo tute possent transmare fluvii alveum; siquidem inter citra amnem situs videbatur, sed deerat qui ejus utilitatibus consulens præsentis ipsius conducere coneretur. Qui more solito ad orationum colamina confugiens, dum in prece commoratus, repente prora ex loco, in quo adnexa tenebatur, exsiliens, absque remige, nullo compellente, ad littus, in quo præstolabundus adierat, votis omnium parens natata devehitur. Qui omnipotenti Domino, qui voluntatem timentiam

facit et deprecationes eorum exaudit, gratias rependens, cum universo comitatu suo nobili in eam descendens, ad locum quo tendebat et voluntas dirigebat, prospero cursu lætabundus pervenit.

§ XIV. *De Mummolo a febris liberato.*

Interea erat quidam æger nomine Mummolus qui quartano februm typo graviter insectabatur, et diu macerationis molestia afflictebatur: quot die autem eum hæc sæva pestis miserabilem languorem graviter vexaret, et nulla penitus remedia adipisci posset, morbo urgente ad mortis consilia compelli cepit; jamque in suprema vitæ constitutus, virum Dei per internuntios petit ut sui misere dignaretur. Qui ejus irremediabilibus doloribus compassus, oleum sacra benedictione sancitum ægroto direxit, atque ungi præcepit: quo accepto, ut est delibutus, fugata cuncta langoris materia, sanus redditus multis denuo vixit annis.

§ XV. *De puella Baldestruda lumini restituta.*

In eodem quoque pago Andegavensi puella quædam nomine Baldestruda morabatur, quæ ita erat lumine oculorum abdicata, ut omni desperatione addicta spes videndi in perpetuum denegari videretur, cujus parentes orbitati condolentes in conspectu pii Patris Magnobodi statuentes supplici animo rogabant, ut operam medice natæ suæ conferre dignaretur. Quorum petitionibus aurem accomodans, fidemque eorum cernens, ad orationis munimina conversus, cernuus Dominum exorabat 1472 ut lumen puellæ restitueret, qui ab exordio natiuitatis editum curaverat cæcum. Illo itaque in hac ita perseverante prece, paulatim cepit puella clausis palpitare luminibus, donec omni cæcitate depulsa, ad integrum sortita lumen viatico proprio parentum attingit fores.

§ XVI. *De manu arida Domnioli.*

Sed inter ista quidam nomine Domniolus longæva obsessus infirmitate manum arefactam absque operis negotio fere assuetus erat: sola namque figura hujus artubus inerat, sed efficacia roboris et sensibilis vigor absens velut sarcina alicujus materiæ illi adhærebat. Agnitioni itaque præcellentissimi viri presentatus, olei fomentum benedixit, ne arido mandavit ex eo se perungi; qui salubri medicamine linitus extemplo virtus membrorum virentibus venis, ac in robore coalescentibus nervis redire cepit, omni que compagine soliditatis insertus comite valetudine ad eua repedavit ovanter.

§ XVII. *De nummis in refectioe pauperum multiplicatis.*

Quid autem referam de ineffabili divinitatis miraculo quod per eum Omnipotentis gratia operare dignata est. Nam cum tempore quodam, urgente famis inedia, ad virum Dei, ut illi consuetum erat, agmina pauperum undique ex diversis locis confluerent, et ipse, more solito, ut dapillis largitor absque reprocrastinatione agapem faciens, necessaria erogabat. Cui cum in stipendiis eorum non modicum nummorum suppleret numerum, ad alenda non deficeret, usque ad satietatem omnes refecti sunt. Quibus cum alacritate euntibus, clientuli pontificis summam nummorum indagantes, quæ fuerat in civis egentium distributa, duplicata repererunt quæ erogando consumpserant. Qui admiratione attoniti, ad eum accedentes, ut res erat inoluerunt: siquidem centum quinquaginta amplius inventi sunt, quam in sumptu egenorum distributi de numerarentur. At ille non elationis typo elevatus, suis meritis ascribens, sed clementiæ Dei impulans, ex intimo cordis antro gratias agens, omnino sub silentio tegere jussit: cavebat enim jactantiæ vitium.

1473 § XVIII. *De muliere paralytica sanata.*

Hoc itaque prodigio viri Dei meritis ita patefactis, denuo aliud subsequitur. Muller etenim

A quædam paralyti morbo irretita a notis præfato pontifici in grabato detertur, quæ ita erat omni compagine artuum disoluta, ut omnibus officiis amissis solus vitalis spiritus anhelare absque negotio videretur: quam vir Domini intuens, misericordia motus, altissimo Regi pro ejus recuperatione preces offerre studuit: quibus completis ad mulierem accedens, apprehensam manum illius ab imo elevare præcepit. At illa absque mora consurgens, omni langore fugato, incolumis reddita est, sicque nullius indiga solatii cum inopinato gaudio ad sua reversa est.

§ XIX. *De Lodovæo visui restituto.*

Non longe post tempore cæcus quidam Lodovæus orbitatis latebrarum nobis irretitus vitam ærumnosam cum exitio ducebat: qui tali ætate penuria toto visu flagitabat, ut absque dilatione pontificis presentaretur conspectibus: quem affines importunis ejus acclamationibus lædio affecti ad medicum saluberrimo fomento sanandum adducere compulsi sunt. Pro quo orationi incumbens, ut et perfusus facie lacrymarum imbre, fugata cæcitalis nocte, ac sole adveniente optatum cæco restituit vivendi munus.

§ XX. *De archidiacono Pictaviensis Ecclesiæ.*

Præterea archidiaconus quidam Pictaviensis Ecclesiæ, summæ simplicitatis vir, nomine Agericus, nimiam beati viri (ob sanctitatis suæ privilegia clientelam possidebat. Hic cum enormi dentium molestia clanculo pontificem adiens, innotuit lugubri relatu immensitatem discriminis quam patiebatur intra intra oris: cujus doloribus sæpe dictus pontifex compassus signum sanctæ crucis recolendum super dentium fauces imprimens, ob omni incommoditate ora absolvit. Ita sanitatis titulo præmunitus, ad locum, de quo venerat æger, restitit alacer; qui demum meritorum suorum interveniente opinione, præsulatus apice decorandus ab universalis eligitur pontifex plebis ad regendum sanctæ matris Ecclesiæ statum, ut postea declaravit 1474 eventus dignus Deo et actione conspicuus.

§ XXI. *De homine a vexatione sanato.*

Sub eodem ferme tempore homo qui nuncupabatur Nannenus, ex prædio Vermentense procreatus, omnium impugnatione dæmonum infestatus vexabatur diutius, qui nimium loris ac vinculorum concatenatione omni tempore nodatus ad vitam Dei adducitur ita mente fraudatus: qui cernens plasma Christi cruce retemptum ita inimici fraude obsessum, altius ingemiscens ad omnipotentem Domini confugit adminiculum, supplex deprecans ne hosti-pertinax potestatem suam terribiliæ domicationis in hominem exerceat, pro quo ad terras veniens mortem subire non horruerat. Quid multis moror? Oratione expleta, mox ut sanctus vir perduelli versato nutatui in corpore comminatus est ab imagine Dei velocius abcederet. Ille statim ad nihilum redactis præstigiis suis ex obsessa discedens dæmoniacus mente, recepta totius valetudinis expertus cum benedictione pontificis regressus est.

§ XXII. *De muliere manu dextera solidata.*

Nec illud silendum censeo quod euidam puellæ ex agro quod vulgo Cabariense [at. Cabari. censem] vocant, evenisse contigit. Ea etenim, ut omnibus qui tunc temporis superstitibus aderant, satis compertum habetur, molestia insectante, manum dexteram amiserat. Quæ longo intervallo temporis hunc injuriam membri bajulans, petitione ejus impetrante, ad beatum sæpe prælibatum delata est pontificem, qui oleum sacræ benedictionis muera inserum dexteram puellæ perungere sanxit: a quo omnium infirmitatum nexibus erepta, jussu pontificis sanitatis compos ad sua repedare valuit incolumis, magnificans Christi virtutem, sanctique viri a Domino concessam hujusmodi facultatem.

§ XXIII. *De exercitiis quæ quotidie agebat.*

Ergo si cuncta et per singula sancti viri Magnobodi referre voluerimus quæ vivens in corpore gessit miracula, nondum libelli enormitate excederent, sed ea solummodo quæ relatione multorum comper sunt, ut modicitas nostri exilis lentis 1425 prævalet, breviter elucubrari ratum duximus. Nam interius et exterius virtutum floribus candens, magnis pollebat scientiæ privilegiis: pro ovibus siquidem sibi creditis sollicitus erat, ne ovile ab antiquo præduelli patelactio, aliquod detrimentum Christi grex sustineret, pro quo ipse pretiosum sanguinem fuderat. Contra astum præstigiæ rapidi leonis, quærentis quem devoret, solers evigilabat, et omnes pedicas ejus prævigili instantia transiebat. In domo namque patristamiliis constitutus, mensuram tritici commissam conscrevis erogans, pro salute et augmento ovilis sibi crediti sedulus pertractabat ut cum Dominus adventum suum notificaret, non dormientem, sed vigilantem inveniret. Ideoque magno opere orationis supplemento intentus, ut status sanctæ Dei Ecclesiæ conservaretur, exorabat mente indelescus. Inter cætera vero opera quæ dictum exercebat, sacrificium Domino offerre peculiare suum erat, in quo se ipsum in ara contriti cordis indesinenter macians, hostia viva Domino fiebat, ac sanctæ Dei Genitricis omniumque sanctorum commemorationem faciens, charismata sanctæ eucharistiæ cernua præsumens, pluribus exinde præbebat medelam ægrotis, ac salutem periclitantibus, nec ulla obstaculo obice algoris, aut itineris, aut cujuslibet necessitudinis omittere voluit. Psalmorum vero, hymnorum canticorumque spiritualium concentibus tam diurnis quam nocturnalibus horis ita deditus erat, ut absque his nil operis exercere videbatur, nec non Pentateuchi totiusque historiæ non immemor, seriè divinarum Scripturarum mente sagaci retinebat. Jajuniis autem ac parcimoniæ cultibus illustratus, augmentabat abstinentiæ normam. Si quidem in diebus Quadragesimæ observationis solus in cellula conclusus, solo pane et aqua contentus, et ad mensuram ponderis hoc percipiens, cum magna egestate vitam ducebat. Carnem ergo suam ita gravi penuria atque inedia edomabat, ut assidue cilicio contactus, hirtum ferret tegimen. Pauperum egenorumque ac peregrinorum sedulo memor fiebat, atque hunc orphanum patrem vocabant, pupilli ad profugi consolatorem clamitabant. Nam stipendiis ejus alebantur, opibus pascebantur, ac vestimentorum adminiculis tegebantur. Si quis ære alieno oppressus, ac necessitatis inopia præventus, ac ingratus quisque solium ejus expetere compulsus est, sine reprocrastinatione invenire meruit quibus indiguit. Infirmorum cura ante omnia illi adhærebat, illorumque sollicitudinem mente vigili refovebat. Si morte urgente quisquam exitum 1476 consecutus est ejus excoquis interesse studuit; et si necessitas exegisset, ex propriis sumptibus sepulturæ traditus est. Et quid plura? Omnia omnibus factus erat, ut omnes lucrifaceret. Sed tempus postulat ut ad narrationis seriem stylum latentia explanando ad ea revertamur.

§ XXIV. *De sanctimoniali ad ingritudine liberata.*

Sanctimonialis quædam nomine Procula gravem ægritudinem incurrerat, ita ut etiam ferme usque ad periculum vitæ addictam ac fateretur. Hæc pro religione propositi sui homini Dei bene nota frequenti petitione poposcit, ut ab ipso visitari mereretur: cujus orationibus ille adminiculans diæta vespertina synaxi famulam Dei invisere decernens preces omnipotenti Domino pro ejus prosperitate profudit. Quibus peractis, imperante sancto viro, continuo discessit, ab ea omnis morbus infirmitatis, ita ut postea multis incolumis viveret annis.

§ XXV. *De controversia abbatis Eraclæi.*

Sed sunt quamplurimi invidiæ ac malitiæ et ran-

A coris ita illaqueati, et unde exemplum bonæ actionis ac vitæ propositum enumerare deberent, nequitia suæ exardescant: bustribulis ad perniciem sui: xinde deteriores fiunt. Et ut enucleatius aperiamus: Quidam regimen abbatis tenens, non tamen curam ipsius officii ut congrueret exercens, cognomento Eraclæus, beati antistitis Magnobodi virtutum insignia cernens, felle livoris irretitus veneni haustum eum perimere conatus est, virosque malitiæ sui sceleris conscios corrumpens, clandestinæ viro Dei poculum mortis propinari jussit. Quos ille ad se venire conspiciens intellexit, divina providentia demonstrante, præstigia eorum mortifera, ac memor evangelici præcepti: « Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos (Matth. v, 44), » omnem humanitatem eis exhibuit in cibo et in potu. Post refectionem vero ad se accersiens, cepit eis monita salutis adhibere atque persuadere ut a tali nefanda et vitanda versutia secederent, ne velut fratricidæ vitia pari inferendo æternæ maledictionis mucrone barathri multarentur; curaque his et hujusmodi sermonum persuasionibus letibiferos exhortaretur, et ut ne serpentis controversiam, sed columbæ simplicitatem imitarentur, adroneret, dato pacis osculo, abire fecit indemnes. 1477 At illi pudore simul ac metu perclusi, ad eum, a quo directi fuerant, reversi intimavere ut res erat: qui ubi fraudis suæ flexuosas intellexit denudatas, percita turbatione porterritus limina beati Martini fugabundus adiit, latibulum quærens; sed cum sæpissime proditor a veridicis argueretur, et quæ egerat in palam notaretur, sub jurejurando innoxium se ab hujusmodi execrabili facinore latebatur. Sicque in duplici reatu dilapsus, in homicidii scilicet noxa et sigmento perjurii, ultionem divinæ animadversionis consecutus est: nam ulcere dito percussus in fronte tandiu extabuit, ut nulla ars medicorum salubria adhibere possent, atque hoc ita vulnere atro diutissime attractus mortem inopinatum incurere meruit, qui vitæ sancti viri insidiator existit. Sicque eo liberato ab æmulo, misericordia Christi favente, quantum pollebat virtutum danis declarabatur successibus prosperis.

§ XXVI. *De puella ab urbe Roma curata.*

His ita transactis, puella quædam in urbe Roma, nobillissimis orta natalibus, triennio a febrium invasione intolerabili affliciebatur cruciatu. Cumque incurabilis ab omnibus hæc dira pestis videretur, pene jam usque ad exitum dilapsa, auditis miraculorum signis quæ intra Gallias Christi potentia, a sancto gerebantur Magnobodo Andegavensium episcopo, cepit ejulatu clamare ut a virum Dei curanda adduci mereretur: cujus importunam querimoniam consanguinei non ferentes, longævum iter arripientes, transcensis pennarum Alpibus, atque horridam et asperam viam secantes, Gallias adierunt. Qui ut ubi sanctum pontificem Andegavæ residere cognoverunt, celeri cursu ad eum properantes, divinis miserationum solemnibus intentum invenerunt, et protinus causas itineris fessabundi innotuerunt: quos ille benigne suscipiens, Dominici corporis mysterium, quod sanctis manibus tractabat, in os puellæ intromisit: quæ absque morâ, veneno diutini langoris deposito, pristinaque sanitati concessa, lætabundè cum comitibus ad Urbem qua venerat regressa est.

§ XXVII. *De abbate monasterii S. Allini.*

His diebus erat quidam abbas, vocabulo Nulfus, qui cenobium, in quo sanctus Albinus olim Andegavensium antistes corpore quiescit, secundum normam sacræ 1478 religionis regere satagebat, qui diro morbo podagræ usquequaque obsessus, ab omni officio manuum extorris permanebat. Quamobrem adelphi et clientuli ejus moestitia circumdati, ignorabant qualiter Patris sui pressuris subvenirent. Ut autem sacerdoti notum factum est,

sicut moris erat agros visitare, ad eum visitationis gratia ire perrexit: quem in magna anxietate constitutum considerans, orationis voto completo, eulogias sacras benedictione decoratas ut sumeret æger adhortatus est. Qui ut ubi cum ille percepit, continuo omnis molestia quæ eum invaserat ab eo recedens, totius valetudinis expertus est, ac grates rependens pontifici, multis deinceps annis præfato cœnobio regimine præfuit, serviens Domino cum devotione.

§ XXVIII. *De incommodo cujusdam Dofonis.*

Ac non multo post homo, nomine Dodo, ab inæunte ætate indicibili subreptus languore, diu mœrore affliciebatur ulceroso. Qui cum ita tabefactus redderetur, ad memoriam rediit quæ dialim a sancto gerebantur antistite Magnobolo, accersitumque unum de vernaculis sibi parentibus, ad eum quantumcunq; properare jubat, hortaturque visu supplicat, ut causam infirmitatis illi innotesceret, et benedictionis munus ab eo perceptum ipse deferrat. At ille ocius peragrans, ad virum Dei accessit, narravitque rem adventus sui; a quo pacem benedictione consecratum sumens, non segniter repedans, detulit domino suo, pro quo erat exenium salubre; ex quo cibus, illico divinam sensit adesse virtutem: siquidem incommoditas longæva recedens, in robore convalescens jucundiori dehinc præmanitus est sospitate.

§ XXIX. *De diacono Romulo.*

Per idem tempus, quidam archidiaconi honore prælatus, Romulus nomine, in Aquitaniam ortus continuo, a quadam impediti molestia sex annis arctius tenebatur adnexus. Cum vero nulla spes adipiscendæ sanitatis arderet, tandem divino instinctu, antistite famam eximii longe lateque diffusam cum agnovisset, ad eum accedere Antegavis mente integra non piguit, atque ubertim flens, exorabat pontificem ut sui misereri dignaretur: cujus anxoris illa compatiens, ut erat omnimodis misericordiam deditus, admonuit ut a Domino quæret salutem, qui absque eo 1479 non poterat subvenire humana medicina; ipse vero cum eo per triduum orationi incumbens, quotidie vna mysteria pro imbecille celebrans, eucharistiæ communicavit. Quo facto, fugata omni immunditia morbi interioris latente, cum gratiarum actione iter quo venerat lætanter regressus est.

§ XXX. *De miraculo ab abbate Martino facto.*

Magna sunt quæ supra commemorata sunt; sunt adhuc majora inserenda sunt. Dum etenim hominis Dei celeberrima ubique divulgaretur fama, magnates cæterique sanctitatis arce pullentes, ejus clientelam appetentes, nimio venerabantur affectu. Aut ei qua itineris necessitas, aut casus subripuisset incautus, ejus benedictionis, eulogias ab eo perceptas, quasi pro armis secum deferentes, protegi se confidebant. Unde accidit ut Pater cujusdam sacri cœnobii, nomine Martinus, pro necessitudine monasterii tibi commissi sollicitus, Burdegalensem adiens pagum navali commercio, hospitandi gratia, ad cujusdam mulieris lares cæcitas orbitale deflexæ, divertere curavit. Qui mulieris detrimenta considerans, ac memor benefici hospitalitatis, munera gratuita panis, quæ pro benedictione, ut diximus, secum detulerat, jam vespertina hora irruente, mulieri tribuens, ut cum devotione perciperet imperavit. Quo sumpto, noctem in oratione cum ea pervigilem ducens, ut aurora diei illuxit, simul cum noctis caligine fugatæ sunt oculorum latebæ, ac cum jubare diei corusco lux quoque visum irradiavit propatulo. Quod cernens familia, tanti novitate miraculi attonita, sit strepitus maximus collaudans Christi virtutem ac benignum hospitii sui medicum. Ergo hic talis præfuit, sicut in hac sedula absque furo mendacii recitamus sæpius, talis utique absens, talis in ferendo opem præsens.

§ XXXI. *De Brudomella puella sanata*

Ad laetur itaque miraculorum insignia, quæ inserantur in pagina. Ex prædio, cujus Cabariacense vulgo vocabulum est quamdam puellam in puerilibus lustris constitutam, nomine Brudomellam, caligo irremediabilis lumen oculorum obduxerat: quæ solamine alterius ad beatum pontificem adducta, exoratum est ut opem misericordiam dignaretur impertiri. 1480 At ille, invocato sanctæ Trinitatis ineffabili sacramento, crucisque tropæo super ipsam inserto, favente superno solamine, clarior lumen puellæ reddidit, quod usquam a crepundis exordii sui adeptæ fuerat.

§ XXXII. *De Godolena similiter illuminata*

Subsequitur deinceps aliud simile, de quo disserendum est, miraculum de adolescentula, scilicet nomine Godolena, quæ intra annos pueritatis delenta cæcitate ac tenebrata visuum acie, tenebrarum paliebatur noctem. Hæc a notis insinuata Christi sacerdoti, sola unctione olei, ac crucis effigie catechizata, sine dilatione perspicuum recepit lumen, quod per multorum dierum orbitum fuerat tectum.

§ XXXIII. *De alia, vocabulo Goda.*

Paulo post quæque aliud miraculum evidenti declaratur fama. Mulier etenim, quæ nuncupabatur Goda, nimium eadem atra affliciebatur cæcitate. Protinus ergo alieno adminiculo usa, conspectibus gloriosi præulis præsentatur Magnobodi: quæ magis cœpit clamare vocibus ut sui miseretur confessor excellens. Cujus querimoniis commotus, liquamine olei benedicti mulieris orbem luminum perunxit; quibus delibatis expulsi sunt tenebræ, adveniente inopinatæ lucis die.

§ XXXIV. *De adolescentis a dæmone erepto.*

Sub eodem quoque temporis articulo, quidam adolescens ad juventutis florem maturum, antiquo perduelle insidante, qui mille per... decipit hominum corda, arreptus, ab ipso nimium fatigabatur: qui undique loris ac vinculorum nodis attritus, ad virum Dei adducitur ita mente privatus. At ille imaginem Christi cernens a prædone invasam, perditamque recuperare cupiens, secus cellulam, in qua manens orationi vacabat, persistere jussit. Quem cum toto qua tragesimali tempore penes se delinens, orationibus precibusque pro eo Dominum exorans, adminiculante Domini virtute, fugato pervicaci hoste, curatus est; menteque recepta, sensuque vivaci augmentatus, ad propria, unde coactus advenerat, ultroneus regressus est.

1481 § XXXV. *De puella arida sanata.*

Adjiciamus etiam et aliud famosum, quod post egit, miraculum. Siquidem ex villa, quæ Cornaliacum nuncupant, puella, tribus ætatis suæ lustris peractis, in tanta incidit corporis sui detrimenta, ut manuum pedumque officio fraudaretur naturali: nam prædictos artus humoris ac roboris amisso vigor in modum ligni tabefactus ferre ineptos assueta erat. Quæ perlata obtutibus sancti viri, benedictione olei sancita ab omni cœpit curari molestia: nam recuperata nervorum ac venarum facultate, jussu pontificis ad patriam eundi gradiendique peritiam gnara regrediens ductu proprio vixit denuo.

§ XXXVI. *De puero per admitionem et sanato et attonso.*

Sed nec illud sub silentio legendum autumo quod infra explanandum est. In agro namque qui Gericiacus explanandum est. In agro namque qui Gericiacus a vulgaribus vocitatur, quidam secolæ genuerat filium, qui ab ipsis exordiis nativitate debilis manibus ac pedibus solius reptandi subsidio fugebatur. Ex cujus eventu diro parentes oppipare nolentes, divina solatiante providentia, adfuit eis intempestivo noctis silicernio quidam specie eleganti, a quo dictum est: « Sobolem quam nuper

ita debilem suscepistis, pontifici Magnobodo deferre, atque ab eo ut sacris initiaretur mysteriis pelite, voventes eum in sorte religionis dicere. » Haec itaque visione expergetacti, rem, quam in somnis audierant, in invicem revolventes, dilucula illucescente surgunt, in vice sacerdotis Ecclesiae offerunt futurum, ut aetate convalescente sacri cultus verba floreret. Quo facto, omnis continuo imbecillitas membrorum aboata est, et robore corporis consolidatus sub praesentia sistitur praesulis, qui comam capitis ejus, ut moris erat, abscindens, ut adolevit, divinis eum praefecit mysteriis, serviens Domino toto cordis imo, qui eum in hoc ordine adscivit.

§ XXXVII. *De puella Leta nomine.*

Quid vero referam de muliere quadam Leta nomine, quae ita hujulabat manum dextram aridam, ut nulli officio domestico habilis agnosceretur. Haec omni affectu **1482** mentis ad beatum viro accedens innotuit lugubri querimonia quae erga se agebantur, et artus sui abolitam spem. At ille petitionibus suis assensum praebens, invocato Omnipotentis auxilio, et facto signo crucis, incolumam reddidit dextram ut laevam, omnesque articuli compagine virtutis corroborati sunt dentes ac illa torquentes.

§ XXXVIII. *De caeco nomine Kariulpho.*

Commemorandum est et illud quod, operante gratia a superna, de quodam viro Kariulpho egit. Is enim caligine superveniente caecitatis condensa incurrit: perduce itaque usus ad virum Dei propere studuit, sique discrimina corporis sui non sine grandi dolore patefecit, et ut misericordiam adhiberet poposcit. Pro cuius miseria precibus ille fuscis ad Dominum, signum admirabile crucis oculis tenebrarum nocte enipis imprimens, pulso orbitalis livore enixa est lux in pupillarum acie.

§ XXXIX. *De muliere languida Marcia.*

Sed et quod pluribus est notum non silendum arbitror, de quadam scilicet muliere Marcia vocata, quae ita febrium invasione cruciatur, ut nulla requies diei ac noctis illi concederetur. Unde factum est ut tantis afflictis penuriis ad sancti pontificis praesentiam adire compulsa est: a quo more solito sacra unctione olei delibuta, omnis continuo recessit mortifera pestis, et in tantum prosperitatis composita est, ut quae alieno venerat subsidio, proprio regrederetur iutamine.

§ XL. *De duobus puellis Nocteria et Theodechildi.*

Ergo si vera fateantur quae relatione alterius didicimus, procul dubio frivola judicari non debent quae oculis nostris conspeximus. Et ut enucleatius aperiamus, dum sorores puellae, quarum una Necteria, reliqua vero Theodechildi vocabatur, secundum humanae propaginis genealogiam expectabiles utrum propriis agentibus placulis, aut parentum irretitae factoribus, quod omnino non judicandum fore arbitramur, seu ut merita declarantur saepius praedicti pontificis, luminibus oculorum amissis gressus sui alterius dirigebantur solatiis. Quae in conspectu ejus **1483** adductae, mox ut olei fomento cum orationis fomento mera pupillarum earum delibuta est, omni orbitate depulsa, naturalis jucunditate irradiante, ad propriam reverte sunt mansionem sua praemunitione deambulatione.

§ XLI. *De basilica quam aedificavit, caeterisque aedificiis.*

Igitur talibus ac tantis sancti viri ubique clarescentibus virtutum indicis, atque crebescentibus longe lateque actuum suorum lampadibus, ut saxae animus praemeditari coepit quale se erga cultum divinae religionis exhiberet, et quo augmento famulos Christi aggregaret ad propalendam sanctae Dei Ecclesiae normam ad profectum sui, et aliorum salutem, cujus sollicitudini, Omnipotentis gratia fa-

vente, decrevit basilicam construere, in honore videlicet gloriosi martyris Saturnini primi Tholosanae civitatis episcopi, et in honore omnium martyrum plurimorumque sanctorum. Ergo, ut in mente conceperat, opere complens, monasterium summo apparatu aedificans, virum sub sancto proposito deditos aggregare curavit, in quo etiam synthochia ac brephotholli construxit ac peregrinorum perfectiusque multorum; atque ut inedia carerent inibi sub regula contubernali degentes, omnia necessaria accumulavit, delegans praedia quamplurima, possessionisque multam congeriem; mandavitque ut post decessum incolatus sui ibi corpus suum terrae commendatum supremum reparationis suae praestolaretur diem.

§ XLII. *De filia cujusdam Theubaldi.*

His ita cum magna elegantia peractis, omnibusque mediculis, ut mente devoverat, constructis, quidam praepotens vir vocabulo Theudebaldus habens filiam atrociter vexatam quae nullo poterat remedio curari, fletus et ejulans ad sanctum pontificem adduci fecit, obsecrans poplitibus flexis ut filiae suae ab hoste obsessae opem terre dignaretur. Cui vir beatus respondit non esse hoc suum, sed perfectorum Patrum qui hoc possent virtute propria a Domino consequi; sed precibus super licantium devictus pignora sanctorum super cervices puellae imposuit cum benedictione olei et signaculo crucis. Quo facto, iniquus praedo cum praestigis suis fugatus, vas quod injuste invaserat relinquens. **1484** puella sensu animoque recepto incolumis restituitur sanitati. Sicque beatus tanto decoratus miraculorum eventu ab omnibus colitur, a cunctis praedicatur. Parentes vero cum filia ad propria, unde moerentes advenerant, tripudiantes revertuntur.

§ XLIII. *De muliere Prisca.*

Hoc a beato viro celebrato signo mirabilibus denovo coruscet. Siquidem mulier Prisca nomine ab exordio natalitatis suae caeca enixa per sex orbitas lustrum in hac erummosa perstitit orbitate. Sacerdoti ergo oblata illico sensit divinam super se declaratam virtutem: eliminata etenim, ubi conjiciebantur fore officia visuum, nomen sanctae crucis dextera impressam, absque dilatione solis praesentiam, quam nusquam viderat cernere promeruit. Illico et timor populi attollitur, ac multi gaudentes dicebant sanctum pontificem simile Filio Dei fecisse, qui a vitae exordio genitum curaverat caecum.

§ XLIV. *De adolescente Vincemalo.*

Eodem quoque tempore quidam adolescens Vincemalus nomen sortitus talem incurerat corporis molestiam, ut oculos tenebrato lumine amitteret. Qui ad serenissimum antistitem veniens, oleo sanctificato in pupillis delinitus est, et mox recedentibus tenebris lumen valens adeptus est quod aeger perdidit. Deinceps vero prosperitate fruitus, ipse super muri fastigia deambulans casu ab arduo corruit in ima, qui virtute olei sanctificati, quo a beato pontifice perunctus est, cooperante, juxta assertionem plurimorum, ita illaesus inventus est ac si minime corruere videretur.

§ XLV. *De homine quinquennio aegrotante.*

Denovo vero alius offertur, qui per quinque annorum curricula infirmitate detinebatur incommoda: quem eximius Pastor, misericordia ductus olei liquore, benedictionis munere imbuti, ungens, ac oratione fusa, vigor membrorum subito virere coepit; sicque immensitas doloris abscidens, homo qui clinicus advenerat, erectus repedavit, glorificans aeterni Regis munificentiam, qui mirabilis in sanctis suis, talia per eos operatur magna.

1485 § XLVI. *De Childoaldo surdo.*

Gyrante dehinc temporum articulo, quidam cognomento Gidoaldus, aegritudine diutina invalensca-

te, officium auditus amisit. Perlatus conspectibus venerandi præsulis, nisibus quibus poterat exorabat remedia promereri. Ad quem beatus prælibatus accedens, digitos in aures ejus immittens, simul quoque olei guttam inludit: a quibus continuo scaturiens tabes prosilivit cum dolore horribili, ita ut circumstantes ferre nequirent, atque ita surdus expertus auditum acaptatus munere duplo, ad peculiarem suum repedare studuit lætus tramitem.

§ XLVII. *De muliere cui oculi clauderantur.*

Sed et illud memoriæ commendandum est quod mulieri cuidam ex villa quam Volensem vocant evenisse contigit. Ea namque, ut asserobat, tali impedimento gravabatur, ut ei quando, re domestica interveniente, alicui operi intenta foret, oculi ejus hebetescerent, ac per longa temporis intervalla cæcitate clauderantur. Ergo, ut mos aliorum ægrotantium erat, ad venerabilem Dei hominem properans, narravit quæ circa infelicitatem suam agebantur, et conditionis suæ importunitatem. At ille ineffabilem pietatem Christi invocans, vagum lumen quod mulier pro ambiguo possidebat, stabile firmavit, atque discussis tenebris, ovantem abire fecit.

§ XLVIII. *De muliere visui restituta.*

Dicamus ergo et illud quod absque figmento mendacii testificari et astruere possumus. Item mulier in vico, cui vulgo Verciacense nomen inest, procreata, casu subripiente, semper optatum lumen capitis perdere coacta est: quæ Aloucia vocitata ad benignissimum virum adducta, precibus circumstantium devinctus est orationem pro ea fundere. At ille non refutans vota precantium, invocato Omnipotentis adminiculo, per unctionem salubrem visu restituta mulieri, ad propria unde venerat repedavit alacriter.

1486 § XLIX. *De alia paralytica.*

Et illud omittendum non censemus quod in præsentia nostri actum est. Quædam siquidem mulier, simili modo fenestris luminis amissis, nomine Carigundis; insuper omni compagine membrorum abdicata, loquendi usu fraudata, omnimodis spem recuperandæ virtutis amiserat: quæ ex villa Conflentis, ubi abdita permanebat, ad virum Dei deducta, per triduum fuis precibus pro ea ad Dominum, incolumem reddidit, atque omni cum integritate consolidata manus et pedum bases, in revertendo solatio non eguit alieno.

§ L. *De pervasore Ecclesiæ ejus.*

Igitur sancto viro tantis evidenti approbatione illustrato virtutum commerciis, controversia quoque reproborum contra esseruit. Sed pœna multatus est, qui hostis pietatis intumuit. Et ut apertius disseramus, quidam intra aulam regiam commanens, cupiditatis livore anfractus, ut postea rei probavit eventus, jumentum, quod Ecclesiæ utilitatibus eupeditabat, visu temerario invasit, suisque visibus præfecit. Hoc ad aures pontificis perlato, magis sub silentio oculere, quam querelam voluit exaggerare; sed insequentis nocte ultio divina eum percussit. Nam mox ut sopori se dedit, vidit se in somnis globis ignium circumvallari, ac pontificis minis terribilibus semetipsum redargui. Cujus comminationibus expergefactus, magnis cepit clamare vocibus torqueri se a beato antistite, ac petere ut ab eo visitari mereretur. Ad quem ille ire non abnuens, eum visitatione admonuit æmulum, ne sanctæ Dei Ecclesiæ pervasor existeret, sed magis Christi famulos coleret, ac a stipendiis eorum abstineret. Quo facto, oratione fusa, incolumem restituens, damnum quod Ecclesiæ intulerat restaurari præcepit. At ille absque mora jussis ejus obediens, quod injuste abstulerat reddens, liber et sospes abscessit.

§ LI. *De obitu et funere ejus.*

Rexerat itaque jam prædictus sæpius sanctus pon-

lifer Ecclesiam Andegavensem sibi a Domino creditam per multa annorum curricula, sub magno evangelicæ prædicationis honore, sub excellenti pietatis devotione, ac per id temporis multitudinem populi catholico dogmate ad Christianæ fidei convertit sanctitatem. Ardebat in pectoribus singulorum celestis patriæ amor; plebs ad ecclesiæ sanctæ sinum statutis diebus concurrebat; hymnificas ubique odas cleri concio personabat; religio Christiana ex amuseim augmentabatur; rescebant vitiorum stigmata; accedebant bonorum operum incrementa. His et hujusmodi virtutum igniculis sancta Dei Ecclesia ubique potente, piissimus pastor naturali eventu properans ad debiliæ mortis confinia, maturante jam ætatis silicernio cepit appropinquare. Qui ad se accersitis fratribus, quos sub sancto dogmate educaverat, resolutionem sui corporis intimans, ex hoc mundi egastulo se transire innotuit, ac post paululum, febrium in valetudine irrupente, viribus cepit destitui corporis. Ad cujus discessum clerus ac populus agglomeratus patroni sui famulabantur quantis poterant visitationis votis: quos ille conatu quo valebat admonens et instruens exhortabatur ut a peccaminum laqueis se cavere studerent, et præceptis Domini in omnibus memores voluntati ejus parerent, justitiam sequerentur, charitatis fœdera cum pacis tranquillitate imitarentur, ut quando tempus vocationis eorum ab hac ærumnosa vita appropinquaret, non quasi socordes, ac desides invenirentur, sed vigilantes in bonis operibus præsto haberentur. Finitis ergo mandatorum privilegiis, quibus alumnos instruebat, erectis in cælum manibus, inter verba orationis sedulo Dominum invocans, xviii Kalendas Novembris inter manus eorum spiritum Domino reddens, terræ corpus reliquit. Cujus anima, ut vere prostemur, ab angelicis agminibus assumpta, conspectibus divinis oblata, lætatur cum gloria. Ad cujus exsequias multi adfuere ex vicis et agris, flentibus ac gemitibus aera complentes. Ejus sanctissima gleba, succollante sandapila, clero ac populo in basilica quam ipse cum magna diligentia dedicaverat perlata, in mausoleo sarcophagi summo cum honore condita est, ubi etiam quamplurima fidelium somata digna veneratione habita requiescunt, præstolante renovationis sæculi diem, et venturi judicii examen. In quo loco multa, Domino cooperante, sunt magnalia, cæci illuminantur, claudi curantur, leprosi mundantur, dæmones ex obsessis corporibus fugantur, paralytici eriguntur, et innumerabilia, quæ enarrare incommodum videretur. Ex quibus unum quod memoriæ occurrit, huic pagine inserendum censemus.

1488 § LII. *De duobus captis Cenomanensibus.*

Post obitum siquidem viri Dei, homines duo, quorum unus vocabatur Vualdo, alter vero dicebatur Bodecharius, ex patria Cenomanensi, ab Andegavensibus hostibus suis fortuito capti, in compedibus ac manicis astricti, dira maceratione allidebantur: nam sub ergastulo horrendo, penuria ac inedia panisque circumsepti, ludibrio ridentibus apparebant. Cumque ita loris adnexi, per plateas ac per ambulacra, causa opprobrii, cum egestate ducerentur, contigit divino respectu ut ad limina, ubi funus habebatur memorandi pontificis, non sine grandi cum custodia advenirent. Qui cum ad tumulum præfati pontificis accederent, confestim enodatis vinculis compagibusque catenarum eliminatis, vincti qui putabantur absoluti, apparuere. Quod lanistæ cernentes, tanta novitate miraculi metu percussi, hac illacque divulgantes, omnibus innotuere. At ubi ad notitiam procerum civitatis pervenit, meritis hoc S. Magnobodi ascribentes, vinctos quos apud se more hostili detruserant, propriæ libertati concedentes, abire sinunt. At illi ab omni querela impedimenti immunes, ad patriam sui incolatus redierunt indemnes, collaudantes Christi virtutem, sanctique

Magnobodi merita, qui de tanto discrimine eos eripuerat. Hæc ad aures vulgi divulgata, exorescere cœpit major veneratio erga sepulorum sancti antistitis, ita ut de longinquis et exteris regionibus variis obsessos languoribus adducerent, et inibi exubantes ab omni infirmitatis incommodo eruebantur. Ubique memoria ejus celebrabatur, ubique merita ejus abque interpolatione recitabantur, audientes et videntes ineffabilia miracula, quæ diu a glorioso præseculo agebantur. Ergo animo devoto et prece supplicis exoremus clementiam pietatis ejus, ut sicut in hac vita præsentis superstes, votis deprecantium favere studuit, ita quoque intercessor existere non dedignetur propitiis quæ quotidie super nos accumulatur, quatenus ab omnibus sordium oriminibus emundati, valeamus ab interitu gehennæ liberari, et in æterna lætitia doxa frui cum sanctis, adjuvante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et potestas cum Patre et Spiritu sancto. Per immortalia sæcula sæculorum. Amen.

Christus itaque Dominus Jesus, qui glorificat glorificantes se, mortuum puerulum 1489 ad laudem et gloriam nominis sui per hunc pretiosissimum antistitem suum Magnobodum ab inferis revocare dignatus est. Quadam namque die, dum ad suprascriptam basilicam cum maximo cleri plebisque tripudio missam celebraturus occurreret, mulier quædam, ut benedictionibus sancti pontificis particeps efficeretur, cum filio uteri sui advenit: quæ cum intra septa ecclesie se recepisset, et parvulus ejus ab ea recessisset, ecclesie valvas petiit et in plateam quæ ejusdem ecclesie est vicina ludos agere cœpit. Et subito ex Valleia agmen equarum

A adveniens, atque ad insulam quæ vulgariter Mons nuncupatur tendens, per eundem plateam velociter cursu pertransibat. Cumque prædictus puer ad dexteram sive ad sinistram declinare non valeret insidiantem, ut credo, humani generis inimico, ab eodem agmine in frustra discerpius exspiravit. Etenim cum a sancto pontifice missarum solemnitas fuisset expleta, mulier filii sui immemor ad propria revertebatur. Itaque cum per plateam transitum fecisset, reperit filium suum in frustra discerptum, et cum magno animi dolore a terra eum 1490 levavit, statimque miseram se clamans, ac magnis vocibus aerem replens, nullo modo se poterat a lacrymis continere. Sed ubi ad memoriam rediit quæ diutim a sancto gerebantur præseculo Magnobodo, concito gradu ad basilicam usque pervenit; nondum enim sanctus antistes a basilica discesserat. Ergo prædicta mulier suffocati filii sui corpus in conspectu sancti exposuit, dicens: « Vir sancte, restitue hunc mihi filium, qui pater populi agnosceris. » Hæc atque multa hissimilia eadem dicente, devictus mulieris precibus vir Dei ad arma consueta recurrens, populo spectante prosternitur in terra. Quid multis moror? Tandem sacerdos jacuit in pulvere, donec pariter surgeret pontifex de oratione, et puer de morte. Hinc circumstantes populus non minimo stupore concutitur, inusitatum cernens miraculum, fragorque in partes attollitur: laudes in excelso Creatori referuntur, completurque veridica veritatis vox promittentis ac dicentis: « Qui credit in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet (Joun. xiv, 12). » Mater vero cum filio ad propria, unde advenerat, lætibus regressa.

VITA SANCTI MAGNOBODI

ANDEGAVENSIS EPISCOPI

AUCTORE MARBODO REDONENSI EPISCOPO

Hanc sancti Magnobodi Vitam commodavit nobis noster R. P. Mabillonius, qui eam ex veteri manuscripto ecclesie collegiatæ S. Magnobodi Andegavensis descriptam in scriniis habebat.

INCIPIIT PROLOGUS.

Qui virorum fortium gesta litteris mandaverunt, gentiles loquor, triplicem maxime mihi secuti videntur rationem, ut vel a presentibus aliquam laboris sui mercedem reciperent, vel apud posteros ingenii ac studii sui perpetuarent memoriam, vel certe probabiliori intentione legentibus sive audientibus formam proponerent imitationis. Nos vero, id est Christiani, qui terrena querere prohibemur et non famam perpetuam, sed vitam sectari jubemur æternam, ultimam tantum superiorum trium causarum tenentes, reliquas duas utiliori compensatione mutamus; nam pro labore præsentis mercedem expectamus futuram, et de studio nostro non humanum favorem, sed Dei laudem captamus, a quo scilicet et facientibus opera, et scribentibus verba ministrantur. Igitur sancti episcopi Magnobodi Vitam scripturus ego Marbodius minimus episcoporum, hoc primum ab auditoribus peto ne inculti forte sermonis obscuritas verum apud eos præjudicet claritati, sed

C pro suis singula meritis æstimantes sic 1491-92 diutorum reprehendant tenuitatem, ut gestorum non abficient dignitatem; neque enim quidquid compositum dicitur, statim recipiendum est, nec rursus quod inornate, velut inutile respondendum; quin potius aureo vase quandoque propinatur venenum, et contra salubres escæ ministrantur scilicet. « Nam et Apostolus non in sapientia verbi, sed in simplicitate sermonis prædicans regnum Dei, thesaurum letum in vasis se dicit habere scilicet (II Cor. iv, 7). » Sic ego in uno sancto divitias bonitatis Dei simplici stylo tanquam vase scilicet tentabo proponere, ut quasi nullis extrinsecus habetata fulgoribus, per se considerata purius sanctitas enitescat. Vera enim virtus sola sui ostensione contenta, artificiosa verborum commendatione non indiget; sed ea potius quæ naturali gratia carent, illustrari copiant petitis extrinsecus ornamentis. Sed de his hactenus. Nunc ad narrationis initium veniamus.